

524.

1266 d. 31 Dec.

Hagnäs.

Konung WALDEMARS Skyddsbrief för Gudhems kloster.

A. 3. å. 1: 7.

W. Dei gracia Rex sweorum Omnibus presens scriptvm cernentibus Salutem in omnium saluatore Tenore presentium constare volumus vniuersis Nos Dilectam dominam priorissam cum toto conuentu suo de gudem & bonis omnibus earundem sub nostre protectionis & defensionis Recepisse tutelam & gratiam specialem. prohibemus igitur Districte Nequis clericus aut Laicus Dictas Dominas in bonis vel personis contra nostre tvcionis priuilegium presumat aliquatenus infestare Quare siquis attemptare presumerit hoc in se animadvertendum noverit ac si in nosmet ipsos quicquam perperam perpetrasset. Datum hagnäs anno domini M°.CC°.LX°.VI. jn vigilia circumcissionis Dominj.

Brefvets nedersta del skadad så att intet spår synes efter sigill.

525.

1267 d. 9 Jan.

Lena.

Kon. WALDEMARS Bref rörande Gudhems klostets och dess tillhörigheters befrielse ifrån Kongl. utskylder i då varande Abbedissan CATHARINAS lifstid.

A. 3. å. 1: 8.

W. Dei gracia Rex sweorum vniuersis in Regno swecie constitvtis presens scriptvm visuris uel auditoris salutem & a Rege regum gratiam et gloriam consequi sempiternam Cum diuine bonitatis clementia Nos multis prefecerit mortalibus jn Regni temporalis culmine misericorditer sublimando volumus & nos hilariter vt tenemur ipsi patri luminvm a quo est omne bonum in gratias assurgendo quas possumus. ad honorem et gloriam Dei libertatem Ecclesiasticam & profectum pro viribus ampliare. Hinc est quod possessiones omnes & predia Monasterij De gudem cum villicis omnibus & colonis ad instantiam & petitionem Domine Katerine priorise ipsius loci, quam Diu ipsa vixerit. ab omni jure Regio preter procuracionem nostram libera concedimus & exempta prohibentes firmiter & districte Nequis exactorum nostrorum in causis in dictis prediis emergentibus ad ius Regium ut supra dictvm est pertinentibus De Memorata priorissa seu famulis ipsius superius expressis exigere quid presumat Datum Lenis. Anno Domini M°.CC°.LX°.VII°. Jn dominica proxima post epyphaniam Domini.

Sigillet är mycket skadadt.